per modum voluntatis.loquendo ergo sic intellectus cadit sub potentia irrōnali.nihil.n.formalr̄ est liberꝝ nisi voluntas.ſm hāc ꝑmā cōparationē nō loquit̄ phs hic de itellectu. ¶Scđa vo cōparatio vr̄ q̄si accītalis:qꝛ ille potētie nō cōparant̄ ad act⁹ aliaꝝ potentiaꝝ nisi mediātib⁹ actib⁹ ꝓpriis vt vr̄.qꝛ ꝓprij illis alijs sunt ꝑores:⁊ h̄ mō nunq̄ intellectus est principiū alicui⁹ opationis exterioris sine voluntate ꝯcurrente ⁊ determinante intellectum:⁊ h̄ mō loquit̄ hic phs de intellectu ⁊ alibi frequenter.vn̄ de voluntate nunq̄ vel paꝝ loquit̄ phs vt distinguit̄ ab intellectu practico qui est principiū opationis exterioris dirigēdo potentias exequentes vbi semꝑ ꝯcurrit voluntas imperās executionem opis.vn̄ phs aliqn̄ distinguit nām ꝯtra artē ⁊ ꝯtra intellectu.aliqn̄ ꝯtra ꝓpositū seu voluntatē.per qđ p₃.ꝙ per oīa illa intelligit vnū principiū in artificialib⁹.nā ad opus artis ꝯcurrūt illa tria integrātia vnū principiū ꝑfcm̄ artificialiū. Ex quo p₃ ꝙ potētia rōnalis dupl'r pōt sumi.s.incōplete ⁊ cōplete.incōpleta qdē potētia rōnalis est intellect⁹ vel ars vt ꝑcedūt volūtatē.⁊ de tali videt̄ hic loq phs cū dicit.ꝙ op₃ illā determinari per volūtatē vel ꝑ heresim. volūtas aūt determinatiua intellect⁹ est potētia rōnalis cōpleta vel saltem ꝯcurrit ad cōpletā.⁊ sic veꝝ est potētiā rōnalē eē oppositoꝝ mō ꝑexposito.qn̄ ergo phs hic allegat̄ in textu.p₃ ꝙ loquit̄ de potentia rōnali incompleta. ¶Ad ꝑm̄ in oppositū nego ꝯn̄am.potētia.n.rōnalis put dr̄ esse volūtas est ꝯrioꝝ nō sil' faciendoꝝ.s₃ pōt se determinare ad alterutrū. ¶Ad ꝓbatione dicendū sicut. Ari.r̄ndet in lr̄a ꝙ hn̄s potentiā rōnalem nō h₃ potentiā faciēdi opposita sil'. ¶Cōtra in illo nunc in quo est vnū oppositoꝝ.q̄ro aut est potētia ad alteꝝ oppositoꝝ.aut non.si sic.hr̄ ꝓpositū vt videt̄ qꝛ pōt opposita simul. si nō.ergo potentia illa in h̄ nūc nō est nisi vnius oppositi. ¶R̄n̄deo ꝙ in eodē nūc pōt agere ad oppositū nō in sensu cōpōnis s₃ in sensu diuisionis.qꝛ sic ꝯtingēter se h₃ ad vnū.ita ad reliquū.sic in eodē nūc quo sortes sedet:pōt nō sedere in sensu diuisionis.nā ꝯtingēter sedet:⁊ iō nō sequit̄ ꝙ possit in opposita sil'. ¶Ad 2ᵐ dicēdū ꝙ si arguit̄ de volūtate illa pōt in actū nulla determinatiōe in illa ꝑcedente actū.ita ꝙ ꝑª determinatio ⁊ tpe ⁊ nā est in positiōe act⁹.Cū dr̄ ꝙ nihil pōt nisi pri⁹ determiet̄.falsū est de volūtate.si aūt arguit̄ de intellectu cognoscēte opposita qui est potētia rōnalis incōpleta:tūc est veꝝ ꝙ respcū extrinsecū nō pōt aliqd nisi determinet̄ aliūde.qꝛ illoꝝ ex se est per modū nature non potēs s₃ ad alteꝝ determinare:vel ergo ambo aget vel nihil.s₃ si de itellectu ꝯcludat̄ ꝙ nō est sufficiēs potētia rōnalis ꝯcedit̄ ſm ꝑdicta.imo si per impossē solus itellect⁹ eēt cū v̄tutib⁹ inferiorib⁹ sine voluntate nihil posset fieri nisi determinato mō nāe.qꝛ nulla eēt potētia sufficiēs ad faciēdū alteꝝ oppositoꝝ. ¶Ad aliud argumentū de sole.iā supi⁹ dcm̄ est ꝙ for⁹ solis ⁊ q̄cūq₃ for⁹ nālis si est illimitata ⁊ ꝑncipiū oppositoꝝ in diuersis materijs:sic est illoꝝ determinate:sic illa for⁹ que est vni⁹ est illi⁹ determinate.nā nō est in ptāte sua alterutrū illoꝝ agere p̄n̄te passo receptiuo forme hui⁹ ⁊ illi⁹.sic nec si esset vni⁹ tm̄.vn̄ sol ꝑsente passiuo liq̄facibili sic liq̄facit ꝙ nō pōt nō liq̄facere.sil'r est ꝑsente passiuo ꝯstringibili.potētia aūt rōnalis.puta volūtas agēs siue circa h̄ oppositū in qđ pōt siue circa illud.nō est ꝑncipiū determinatū ad vnū. s₃ indr̄ñter est determinatiuū sui ad alterutrū. etiam ita ꝙ circa qđlibet pōt agere ⁊ nō agere. ¶Ad ꝯfirmationē sicut dicet̄ inferi⁹ oēs potētie passiue sunt ex se ꝯtradictionis.actiue vo sic ibidē dic̄ phs nō ex se.s₃ q̄n per accn̄s ⁊ aliunde q̄tenus passiuū pōt ad esse vel nō ad esse.s₃ h̄ accidit potentie actiue.nā si sit irrōnalis necio agit̄ ꝑsente passo ⁊ remoto oī impedimento nō sit potētia rōnalis. ¶Ad vltimū p₃ ex primo articulo ꝙ frigus nunq̄ facit ad esse caloris per se.facit tn̄ aliqd quo facto aliqd aliud pōt magis calefacere. puta qꝛ ꝯstringit poros ne calor interior diffundat̄ ⁊ exalet.⁊ ita calor vnit⁹ magis calefacit.frigus aūt nūq̄ calefacit directe. De ꝑiectione pile dicendū ꝙ mouēs violēter aliqd ad vbi. mouet ad omne vbi possibile acquiri per illum motū ⁊ si indirectū pōt.sic mouet̄ si nō redit.⁊ h̄ donec scīus fuerit motus ꝓportionabilis po' mouētis.h̄ aūt nullā talem indifferentiā ponit vr̄ ꝯtingētiā:q̄lis est in poª rōnali.p₃ ex dictis.

¶Omni itaq₃ tali prior est actus ratione ⁊ substātia. Textu cōmēti tredecimi.

q

Uerit Utꝝ veꝝ sit ꝙ act⁹ sit ꝑor poª ſm rōnem.vr̄ ꝙ nō reducēdo rōnē phi.nā illud vr̄ prius aliq̄ diffōne per qđ aliud h₃ diffiniri.s₃ nō solū potentia diffinitur per actū s₃ act⁹ per potentiā.ergo ⁊c̄. ꝓbō minoris.nā actus ⁊ poª referunt̄.op₃ ēt in relatiuis in vtroꝝq₃ rōnib⁹ vtrisq₃ vti.ſm' porphiriū. ¶Cōtra phs h̄ in lr̄a. ¶Dicēdū ꝙ sic p₃ ex 5° hui⁹ relatiue. opposita p̄nt dupl'r intelligi.s.vel mutuo:vel nō motuo illa.qdē motuo referunt̄ q̄ꝝ vtrūq₃ h₃ habitudinē per se ad alteꝝ:nō mutuo referunt̄ illa q̄ꝝ vnū per se h₃ habitudinē ad alteꝝ ⁊ nō ecōuerso. ¶Ad ꝓpositū dico ꝙ act⁹ ⁊ poª non opponunt̄ relatiue ꝑmo°.nā cū talia sint sil' nā ⁊ diffōne sequeret̄ ꝙ act⁹ nō esset prior rōne q̄₃ poª. nec rō po' sumeret̄ ab actu magis q̄₃ ecōuerso.qđ est ꝯtra phm̄ in lr̄a. Opponunt̄ aūt 2°°.Nā poª dic̄ ordinē ad actū.⁊ ille ordo eēntialr̄ est respect⁹ ad actū.⁊ non ecouerso qꝛ rō act⁹ est absoluta.q̄l'r aūt possit esse per se relatio ad aliqd absolutū.p₃ 5° h⁹.ca°.de ad aliqd.de scīa que eēntialr̄ refert̄ ad scibile ⁊ nō ecōuerso. nā nō idē est referri ⁊ relationē terminare.imo vbi ꝯcurrūt in eodē vident̄ per accn̄s ꝯiuncta sic forsan est in relatiōib⁹ mutuis.h̄ 2°°.pōt dici creaturā referri ad deū sine oī correlatione in deo.vn̄ poª ⁊ act⁹ deus ⁊ creatura ⁊ oīa sil'ia videntur ptinere ad 3ᵐ modū relatiuoꝝ. qꝛ igr̄ poª essentialr̄ ad actū dependet ⁊ nō ecōuerso.iō h₃ diffiniri per actū ⁊ non ecōuerso.⁊ per ꝯn̄s vt dicit phs act⁹ est ꝑor poª rōne ⁊ non ecōuerso. ¶Ad argᵐ in oppᵐ dicendū ꝙ minor est neganda.ad ꝓbationē dico ꝙ porphirius loquit̄ de relatiuis que mutuo referuntur cuiusmodi non sunt actus ⁊ potentia.

¶Quorūcūq₃ igitur aliquid alterū est qđ fit ꝑter vsum.hoꝝ act⁹ in facto est:vt edificatio in edificato ⁊ contextio in ꝯtexto:similiter aūt ⁊ in alijs:⁊ totalr̄ mot⁹ in eo qđ mouet̄.⁊c̄. Textu cōmēte.xvi.

q

Uerit Utꝝ actio sit in passo.sic in lr̄o vr̄ ꝙ sic ꝑ ph₃ i lr̄a q dic̄ ꝙ edificatio est in edificato.⁊ ꝯtextio in contexto. hoc idē dic̄ expsse in 3° phi. ¶Cōtra.passio est in passo.ergo actio est in agēte.⁊ per ꝯn̄s nō in passo.ꝯn̄a p₃ a sili.qꝛ forma vr̄ esse in eo qđ denoiat.actio aūt nō denominat passum.sed agens.

Rn̄deo in ista q̄ōne ꝑmo ꝑmittā duplicē distinctionē.2° ondā triplicē ꝯnē. ¶Quantum ad ꝑmū,supponēdo distinctionē de actione quā ponit phs de trāseūte ⁊ imanēte.Sit ista ꝑma distinctio.ꝙ actio q̄ntū ad ꝯn̄s spectat tripl'r dr̄.vno° pro respcū trāsmutātis ad trāsmutatū iuxta illā descriptionē libri sex ꝑncipioꝝ.actio est ſm quā in id qđ subijcit̄ agere dicimur.⁊ hec est actio ꝓductiua de gn̄e actiōis q̄ est ꝑdicamentū ꝑ se.q̄ formalr̄ est forª respectiua fūdata sup ꝑnᵐ qđ est poª actiua.vn̄ phs 5° metha.⁊ ēt.9.describit poᵃᵐ actiuā:ꝙ est ꝑnᵐ trāsmutatiōis in alio inq̄ntū aliō.per qđ dat itelligere ꝙ actio ꝑ quā poª actiua agit est respect⁹ trāsmutantis ad trāsmutatū.alio mō dr̄ actio de opatione imanente.put visio ⁊ itellectio ⁊ volitio dr̄ actio.vt fuit iā dcm̄.⁊ actio isto mō sūpta est forª absoluta ⁊ acta seu ꝓducta ꝑ actionē ꝑmo° dictā.vn̄ in intellectu ⁊ sil'r volūtate distinguit̄ duplex actio.vna ꝓductiua ⁊ de genere actionis.que in intellectu vocat̄ dicere:⁊ in voluntate

vocaꝛ ſpirare.alia acta ſeu ꝓducta que eſt forma abſoluta.q̃ in itellectu vocaꝛ itellectio in volūtate vͦo vocaꝛ volitio ſeu amor.¶Alioͦ ſumitꝛ actio pro opatione trāſeūte.que qn̄qꝫ ēt eſt forᵃ abſoluta ⁊ acta ⁊ ꝓducta ꝑ motū ⁊ actuꝫ de gn̄e actōīs.puta q̄ꝫtitas aut q̄litas aut vbi.ſꝫ vbi ſit forᵃ reſpectiua. ¶2ᵃ diſtinctio ſit iſta.ꝙ reſpectꝰ eſt duplex in gn̄e.vnꝰ intrinſecꝰ adueniēs.aliꝰ extrinſecꝰ adueniēs.voco reſpcm̄ intrinſecū adueniētē illū qui nec̄io ſeqꝛ ſuū fūdamētū poſito termino:⁊ talis reſpectꝰ eſt de gn̄e relatōīs:voco aūt reſpcm̄ extrinſecū adueniētē.qui nō ꝯſeqꝛ nec̄io extrema ambo ſiꝛ poſita in actu ⁊ ſub h̾ mēbro cadūt illa ſex ꝑncipia de qbꝰ agit ille auctor.pꝫ.n.de actiōe ⁊ paſſione.qꝛ poſſe eſt actiuū ⁊ paſſiuū eē:⁊ ēt approximata:⁊ tn̄ nō hr̄e iſtū reſpcm̄.ſ.ꝙ agēs ſit illd̾ a quo trāſmutaꝛ:nec paſſuꝫ ſit illd̾ qd̾ ab ipo trāſmutaꝛ.puta ſi ſit aliqd̾ impedičs:⁊ pro tāto illa ſex principia nō ſunt ſpēs relationis.qꝛ relatio dicit reſpcm̄ intrinſecus adueniētem.illa vero dicunt reſpectus extrinſecus aduenientes.

Quātū ad 2ᵐ ſit iſta ꝑᵃ ꝯcl̄o: actio accepta ꝑͦ que eſt reſpectꝰ de gn̄e actōīs eſt in agēte ſbiue nō in paſſo:hāc oñdo ſic.in eodē ē reſpectꝰ in quo ē fūdamētū.h̾ apparet ex rōne fūdamēti.nec oppoſitū eſt itelligibile.ſꝫ poᵃ actiua que eſt fūdamētū hꝰ reſpectꝰ ⁊ actōīs eſt in agēte.ſic euidēs eſt.ḡ talis actio ⁊ reſpectꝰ eſt in agēte nō aliꝛ q̄ꝫ ſbiue.pꝫ. ¶Pꝫ.in q̄cūqꝫ eſt forᵃ aliq̄ formaliꝛ.illud eſt ſimpl̄r tale ꝑ iſtā forᵐ.ipoſſe.n.eſt effcm̄ formalē ſepari a forᵃ:⁊ ꝙ forᵃ ſit in aliquo formaliꝛ:⁊ ꝙ nō ꝯſtituat ipꝫ iformatū ſꝫ ipaꝫ.ḡ ſi actio eſt formaliꝛ in paſſo ſeqꝛ ꝙ paſſuꝫ erit formaliꝛ agēs:qd̾ oīno eſt ex̄ rōnē.ḡ erit in agēte.¶Pꝫ.ipoſſe eſt reſpectꝰ oppoſitos eē ſiꝛ nec̄io in eodē.ſꝫ paſſio vel reſpectꝰ paſſionis vl̄r eſt in paſſo.ḡ nō nec̄io erit in eodē reſpectꝰ oppoſitꝰ q eſt actio.¶Sic ḡ itelligo ꝯn̄e.ꝙ actio eſt reſpectꝰ extrinſecꝰ adueniēs in agēte vt in ſuppoſito vel ſubo.in forᵃ aūt que dꝛ poᵃ actiua vt in fūdamēto primo.ſiꝛ paſſio dicit reſpcm̄ oppoſitū corn̄dētē iſti.que eſt in paſſo vt in ſuppoſito ⁊ ſubo:in poᵃ paſſiua vt in fundamēto. ¶2ᵃ ꝯcl̄o ſit iſta. actio accepta 2ͦ.mō que eſt opatio ⁊ forᵃ imanēs abſoluta:eſt in agēte vt in ſbo.h̾ appꝫ ꝑ phm̄ hic q dīc ꝙ viſio eſt in vidēte ⁊ ſpeculatio in ſpeculāte.¶Pꝫ.ꝑ rōnē.oīs ꝑfectio ꝓducta ꝑ actionē de gn̄e actōīs eſt ꝑfcibili qd̾ eſt in poᵃ ad ipſaꝫ.nō.n.eſt intelligibile ꝙ aliqd ſit in poᵃ ad aliq̄ꝫ forᵐ que nō ſit in ipo qn̄ eſt ꝓducta.ſꝫ actio ſeu opatio 2ͦ.mō dicta eſt hᵒ.⁊ ipm agēs ſiue operās eſt ꝑfectibile:qd̾ eſt in poᵃ ad ipam.ḡ qn̄ eſt ꝓducta eſt in agēte.mī.pꝫ.qꝛ talis actio eſt ꝑfectio agētis.puta viſio vidētis ⁊ ſpeculatio ſpeculātis.¶Aduertēdū tn̄ ꝙ reſpcū talis opatōīs ipꝫ operās hꝫ rōnē agētis ⁊ paſſi.tn̄ ꝯm aliā ⁊ aliā rōnē:oñſū.n.fuit ſupra i q̄dā qōne ꝙ qn̄ in agēte eſt aliq̄ foᵃ que eſt ꝑnᵐ actōīs equoce ⁊ cū h̾ eſt capax teri illiꝰ actōīs pōt ſe ipſaꝫ mouere ad ipſaꝫ forᵐ que eſt nata terminare actionē talē.⁊ ꝑꝑ h̾ in itellectu diſtiguunꝛ itellectꝰ agēs ⁊ poſſis vt per vnū ipa aīa ſit ꝓductiua intellectōīs ⁊ ꝑ aliud ſit receptiua eiuſdē.Siꝛ in volūtate ⁊ in ſēſu pōt diſtigui agēs ⁊ patiēs de quo alias ⁊c̄. ¶3ᵃ ꝯcl̄o ſit iſta.actio accepta 3ͦͦ.que eſt opatio ⁊ forᵃ tranſiēs abſoluta ſeu reſpectiua eſt in paſſo:vt in ſbo.h̾ appꝫ ꝑ rōnē ſcāꝫ ad ſcdāꝫ ꝯcl̄onē.nā talis actio ſeu opatio eſt ipa forᵃ acta ſeu ꝓducta per motū ⁊ iō nec̄io eſt in ipo paſſo ⁊ mobili qd̾ mouetꝛ ⁊ dū eſt fluens eſt idē vt puto cū ipo motu.nā motꝰ eſt forᵃ fluēs.motꝰ aūt in mobili ex.3.phi.¶Ad argᵐ in oppᵐ dicēdū ꝙ phs.9.metha.⁊ in.3.phi.loqꝛ de actiōe ꝯm tertiā acceptionē que eſt ipa forᵃ acta ſeu ꝓducta.⁊ h̾ facit ꝑ tertia ꝯn̄e.nō aūt loquitꝛ de actione ꝯmo mō que eſt ꝑdicamentū ⁊ formaliter reſpectus.talis autem actio eſt in agente ſubiue.¶Et hec de nono methaphiſice.

¶Quare ſiqd eſt in paſſionibꝰ:⁊ in q̄litatibꝰ:⁊ in q̄ꝫtitatibꝰ:⁊ in motu numeris exn̄tibus ⁊ vno aliquo in oībꝰ numeris: qꝛ q̄rūdā:⁊ ipꝫ vnū aliqd vnū: ſꝫ nō hoc ipſius ſuba:⁊ in ſubſtantijs neceſſe eſt ſimiliter ſe hr̄e.⁊c̄. Textu cōmēti ſeptimi.

Circa librū decimū methaphiſice. occurrit dubiū.que ſit ſba illa vna q̄ eſt ꝑᵃ ⁊ mēſura oīum ſubaꝝ. Dicitꝛ a q̄dam expoſitore ⁊ eſt ſnīa cōmē.10.commento.vbi phs dicit eſſe vnā ꝑmā ſubaꝫ que ſit menſura alioꝝ.⁊ vult cōmē.ꝙ illa eſt deus vel ꝑmꝰ motor.ſꝫ hec expō nulla ē. Tū qꝛ non videtꝛ hr̄e intētionē Ari.qui ſicut pꝫ ex littera querit an in ſubſtātijs ſit aliqd̾ vnū qd̾ eſt mēſura alioꝝ.⁊ an h̾ ſit ipꝫ vnū ꝓbat ex intentione ꝯtra Platonē ꝙ nō ſit ipꝫ vnū.ſed aliqd cui ꝯuenit ipm vnū.ſic eſt in oībꝰ alijs gn̄ibꝰ.⁊ cōcludit in fine q̄re ſi qd eſt in paſſonibꝰ ⁊ q̄litatibꝰ ⁊ q̄ꝫtitatibus ⁊ ipm vnū aliqd vnū.ſꝫ nō h̾ ipſiꝰ ſba ⁊ in ſubtījs nec̄e eſt ſiꝛ ſe hr̄e.ſupra quā l̄raꝫ ponit cōmētator vͦba ꝑallegata:ſꝫ ſi ꝑmus motor ponaꝛ mēſura ipſiꝰ gn̄is ſube:h̾ ipm vnū poneretꝛ mēſura.qꝛ ꝑmus motor ꝑꝑ ſuaꝫ ſimplicitatē multo veriꝰ eſſet h̾ ipm vnū q̄ꝫ idea platonis. Tū qꝛ ſi ſic.ergo ſic in alijs gn̄ibus ꝑᵐ eſt aliqd illiꝰ gn̄is.ita ꝑmus motor eſſet aliqd de gn̄e ſube qd̾ eſt erroneū.qꝛ deus nō cadit in gn̄e ꝑꝑ ſui infinitatē.qd ergo eſt menſura ꝑᵃ illius gn̄is. Rn̄deo aliqua ſuba illius gn̄is ꝑma cui ꝯuenit vnitas ſit.a.non aūt ꝑmus motor eſt mēſura intrinſeca illiꝰ gn̄is ſicut nec alioꝝ.

¶Opponunꝛ aūt vnū ⁊ multa ſꝫ pl̄es mōs quoꝝ vno vnū ⁊ mꝉtitudo:⁊ idiuiſibile ⁊ indiuiſibile:qd̾ qdē.n.diuiſum aut diſibile mꝉtitudo q̄dā dꝛ indiuiſibile vͦo ut nō diſū vnū. Qm̄ ergo q̄tuor modis oppōnes dn̄r.⁊ hoꝝ ſꝫ ꝑuationē dꝛ alterū:ꝯtraria vtiqꝫ erūt:⁊ nꝫ ꝯtradictio ⁊ nꝫ vt aliquid dcā.⁊c̄. Textu cōmenti noni.

Querit Utꝝ vnū ⁊ mꝉta opponanꝛ vt ꝯ̄ria.¶Videtꝛ ꝙ nō.nā vnum ꝯ̄riū nō ꝯſtituit aliū ꝯ̄riū in eſſe.ſꝫ vnū ꝯſtituit mꝉta in eſſe.qꝛ vnitas eſt ꝑs ⁊ ꝑnᵐ multitudinis.ergo ⁊c̄.¶Pꝫ.vnū ⁊ multa opponunꝛ relatiue.ergo nō ꝯ̄rie.aīs pꝫ.qꝛ hn̄t ſe ſicut menſura ⁊ mēſuratū.ꝯn̄a ꝓbaꝛ.qꝛ aliter fruſtra ponerenꝛ quatuor ſpēs oppōnis diſtincte.ſi vna coincideret cū alia. ¶Cōtra.phs hic in l̄ra.⁊c̄.

Rn̄deo ⁊ dico duo. Primū ē.ꝙ ꝯ̄ria dr̄nt ſꝫ forᵐ ſub eodē gn̄e.vt dicetꝛ ifra.⁊ iō cū aliq̄ dr̄r eſſe ꝯ̄ria qd̾lꝫ eoꝝ ſumēdū eſt ſꝫ ꝙ hꝫ forᵐ.⁊ nō ſꝫ ꝙ eſt ꝑs hn̄tis forᵐ. ¶2ᵐ dcm̄ eſt.ꝙ nō ē icōueniēs aliq̄ eē oppoſita vnoͦ.puta ſi ꝯſiderenꝛ ſꝫ ſe vt hn̄t formas ſuas ꝑꝑas.⁊ alioͦ.nō eſſe oppoſita ſi ꝯſiderenꝛ vt alteꝝ icluditꝛ in altero.⁊ eſt ꝑs alterius.ſic.n.eſt ꝑs hn̄tis forᵐ.exēplū.corpꝰ ꝯm ſe ⁊ vt eſt abſqꝫ aīa ꝯſideraꝛ vt hn̄s aliq̄ꝫ formā ꝑꝑriā.⁊ h̾ mō opponitꝛ aīali ſicut inaīatū aīato.ꝯm vͦo ꝙ ꝯſideraꝛ vt pars aīalis ⁊ informatū aīa.ſic nō opponitꝛ aīali.ſꝫ eſt eius mālis pars.¶Siꝛ eſt de duabꝰ ſpēbꝰ numeri. puta q̄ternario vel ternario.nā q̄ternariꝰ ꝯſideratꝰ ꝯm ſe ⁊ ſuā formā ꝑꝑriam eſt diuerſa ſpēs a ꝗnario.ſi vͦo ꝯſideretꝛ vt icluditꝛ in ꝗnario ⁊ eſt pars ipſiꝰ.ſic nō diſtinguitꝛ ſpecie ab ipſo.¶Ad ꝓpoſitū dico ſiꝛ ꝙ ipſuꝫ vnū in ſe acceptū vt hn̄s formā ſuā ꝑꝑriaꝫ:opponitꝛ multitudini.qꝛ nec vnū eſt multa:nec ecōuerſo.opponunꝛ autēꝫ nō aliꝛ q̄ꝫ ꝯ̄rie.vt poſtē l̄uꝫ fuit per diuiſionē.ſi vero vnū ꝯſideretꝛ vt qd̾dā incōpletuꝫ.⁊ vt includitꝛ in multitudine ⁊ eſt

pars ipsius. sic nõ opponit sibi. z hoc mõ pcedit pmũ argumentũ. ¶ Ad 2m nego ɔñaȝ. Ad pbationem dico q nõ est incõueniẽs diuersas spẽs oppõnis ɔcurrere ĩ eodẽ subiectiue. q̃ten9 idẽ diuersimode sũptũ põt diuersis oppõnib9 oppõi. tñ ille diuerse oppõnes erũt iter se formalr distincte.

¶ Quare ratione prior multitudo indiuisibili propter sensum. zc.

Querit Utrũ pluralitas seu diuisibile sit pri9 indiuisibili scd̃ȝ rõnem ¶ Uidet q nõ. qz si sic. g̃ erit circulus in rõnib9. ɔñs ẽ falsũ. qz tũc idẽ eẽt noti9 z ignotius eodẽ. g̃ z añs. pbõ ɔñe. qz indiuisibile z vnũ ẽ de rõne multitudinis. nã mltitudo diffinitur. q est aggregatio vnitatuȝ. ¶ Cõtra. philosophus hic in littera.

Respõdet z dr satis bñ. q nihil phibȝ aliqd scd̃ȝ rõnẽ eẽ pri9 z posteri9 eodẽ. alr tñ z alr ɔsideratũ. mltitudo igr pt ɔsiderari vl q̃ztũ ad aliõ qd mltitudo ẽ. vel q̃ztũ ad ipsaȝ diuisionẽ quã ɔsequit. rõe diuisionis mltitudo ẽ por scd̃ȝ rõnẽ q̃ȝ vnũ. nã vnũ diffinit. q ẽ illud qd nõ diuidit. scd̃ȝ aũt illõ q mltitudo ẽ. sic ẽ posterius scdm rõnẽ q̃ȝ ipm vnũ. nã multitudo diffinit. q ẽ aggregatio vnitatũ. ¶ Aduertendũ tñ q vt dicebat 5°. h9. diuisio q̃ psupponit rõni seu diffõni vni9. qd ɔuertit cũ ente nõ ẽ diuisio ɔtinui q̃ pintelligit vni qd ẽ pñm numeri. sȝ ẽ diuisio quã cãt ɔ̃dictio. s. q h̃ ens z illõ ens dñr diuisa. eo q h̃ ens nõ ẽ illõ ens. ẽ g̃ iste ordo ex nã rei q in p̃ signo itelligit ipȝ ens z i 2°. ipa diuisio. z i 3°. ipȝ vnũ q puat diuisionẽ. z in 4°. ipa mltitudo q̃ ex vnitatib9 aggregat. lȝ. n. ea q̃ diuisa sũt mlta sint. nõ tñ hñt rõnẽ mltoȝ nisi postq̃ȝ isti z illi attribuit q sit vnũ. ¶ Ad argumẽtũ i oppositũ pȝ qd dicẽdum sit ex pdictis. ¶ Notãdũ tñ q lȝ vnũ z multa. diuisibile z indiuisibile vt sic nõ opperantur relatiue. tñ ẽm q hñt rõem mẽsure z mẽsurati. z vnũ mẽsurat multa. z indiuisibile diuisibile. sic vtiq opponuntur relatiue.

¶ Si itaq gñatiões ipi materie ex cõtrarijs sũt: aut ex spẽ z ex speciei habitu: aut priuatiõe aliq̃ speciei z forme palaȝ. qz ɔtrarietas priuatio z quedã vtiq oĩs. priuatio vero nõ omnis forsam cõtrarietas zc. Textu comenti decimisexti.

Queritur Utrũ sit possis transmutatio a puatiõe i hitũ. vr q nõ. nã a puatiõe i hitũ nõ ẽ trãsit9 vt dr in pdicamẽtis. ¶ Cõfirmat: qz in oĩ trãsmutatiõe sit trãsit9 a termino a q: ad terminũ ad quẽ. sȝ puatio nõ põt eẽ termin9 a q̃ respcũ hitus. nã termin9 a quo pcedit terminũ ad quẽ. sȝ puatio nõ pcedit hitũ. sed ecõuerso. g̃ non poterit esse trãsmutatio a puatione i hitũ. ¶ Cõtra. phs h̃ in lra q dicit q mutatiões sũt nõ solũ ex for a seu hitu for e ad puationẽ. sed ẽt ecõuerso a puatiõe spẽi z for e ad hitũ. ¶ Cõfirmat qz 5° phi. dr q ẽ aliq̃ mutatio a ñ subo i subȝ. i. a puatiõe i hitũ.

Rñdeo z p̃ ɔ̃clarabo tres distictiões. 2° rñdebo ad qonẽ. ¶ Quantũ ad pmũ sit ista pñ a distinctio. q mot9 ẽ duplex. qdã acqsitiu9. qdã depditiu9. dr motus acqsitiu9 ille p quẽ aliqd positiue acqrit. z ille largo mõ dr gñatio: puta siue sit ad subaȝ: vt cũ gñat ignis: siue ad accidẽs vt cũ gñat albũ. z sic de alijs. mot9 ãt depditiu9 dr ille p quẽ aliqd depdit z nihil acqrit. positiue: vt mot9 q est ab albo i nõ albũ. z ille mot9 largo mõ dr corruptio. siue sit in suba siue i accñte. ẽ ãt dr̃ia iter istos duos mot9 q̃ztũ ad termios: nã i motu acqsitiuo termin9 a q̃. ẽ puatio. z termin9 ad quẽ ẽ hit9. i motu aũt depditiuo ẽ ecõuerso. pȝ. z ideo qz motus d̃noiat a termio ad quẽ ille dr acqsitiu9. ille v̊o depditiu9. ¶ 2a. distictio sit ista. termi mot9 sumunt duplr. naȝ qdã sũt pmi. qdã ɔcomitãtes pmos. t̃mini pmi sũt hit9 z puatio. z de istis dr 5°. phi. q sũt icõpossibiles. termi ãt ɔcomitãtes dñr q ãnectunt istis vt sũt duo ɔ̃ria albũ z nigrũ. nã nigredini ẽ ãnexa puatio albi z ecõuerso. qñ g̃ aliqd subȝ sit d̃ nigro albũ: si illi mot9 ɔsiderent penes termios pmos. dicet eẽ a nõ albo i albũ z ecõuerso a nõ nigrũ i nigrũ. Si v̊o ɔsiderent penes termios ɔcomitãtes: dicet eẽ a nigro i albuȝ z ecõuerso. ¶ 3a distictio sit ista. puatio ẽ duplex. q̃dã q̃ hȝ imediatũ ordinẽ ad subȝ nec respic̃ subȝ mediãte for a. exẽplũ tenebra respic̃ mediũ isto mõ. q̃dã ẽ puatio q̃ hȝ ordinẽ ad subȝ nõ tñ nisi mediãte for a q̃ten9 ẽ q̃dã corruptio illi9 forme. exẽplũ. cecitas respic̃ oculũ isto°. mediante visu z mors corp9 mediãte vita nõ sic ẽ de puatiõe p°. nã dato q aer nũq̃ȝ fuisset luminosus nihilomin9 eẽt tenebrosus.

Quãtũ ad 2m dõȝ q loquẽdo de puatiõe p mõ sic ẽ trãsit9 vel mot9 ab hitu i puatõeȝ: sic põt esse ecõuerso. aer. n. d̃ lucido sit tenebros9: z lucid9 de tenebroso sic. n. ã trãsit d̃ for a ignis ad puationẽ z a puatiõe ad formã igni. vñ dato qd nulla aliqñ fuissȝ for a i mã nihilomin9 mã eẽt suscepti a for e cuiuscũq. z puata q̃cũq. z silr ẽ d̃ q̃cũq for a q̃ pt acqri p mutatiõeȝ nãlẽ. loqndo ãt d̃ puatõe. 2°°. sic nõ ẽ trãsit9 a puatõe i hitũ nisi forte p resolõnẽ vsq ad pmã mãȝ vt dcȝ ẽ 4° h9. ¶ Ad argm. i oppm dõȝ q phs loqt i pdicamẽtis d̃ puatõe 2°°. ¶ Ad ɔfirmationẽ dõȝ. q ñ sp puationẽ pcedit hit9. loqndo de hitu q p motũ acqrit. vñ 5°. phi. pbat phs. q qes ẽ puatio mot9 ñ illa q̃ ẽ i terio ad quẽ. sȝ q̃ ẽ i terio a q̃. claȝ ẽ q puatio q̃ ẽ i terio a q̃ pcedit motũ si g̃ illa ppõ q hit9 pcedit puationẽ pȝ v̊itatẽ: itelligẽda ẽ d̃ puatiõe 2°°. ¶ Alr dr. q puatio ẽ posterior hitu ẽȝ cognitionẽ: nã puatõ hȝ cogñsci p hitũ. lȝ i eẽ qñq puatio pcedit hitũ. ¶ Sȝ ɔ̃ rõeȝ phi quã h̃ iduc̃ i lra argr. nã vr arguere i q̃ttuor termis. qz termi ex qb9 arguit ñ eodẽ mõ sumũt i maiori z i miori. qz i maiori sumũt termi ɔcõitãtes. i miori v̊o teri pmi. ut patȝ. ¶ Rñdeo q ɔ̃ria ñ sũt termi mot9. nisi iq̃ztũ icludũt hitũ z puationtionẽ. cũ ergo dr in maiori. q contraria sũt ex qb9. accipiunt vt includũt priuationẽ z hituȝ. z sic habent rõnẽ terminoruȝ. ergo vniformiter. nec arguit ex q̃tuor termis.

¶ Qm ãt ɔtrarioȝ ɔtigit mediũ eẽ aliqd: z quorũdã ẽ neceẽ ex cõtrarijs eẽ: oĩa nãq media i eodẽ sunt gñe: z quoȝ sunt media: media. n. hec dicim9 i q̃cũq pmutari pri9 ẽ neceẽ q pmutant. Textu ɔmẽ. xxij. ¶ Itẽ. oĩa vtiq ex ɔtrarijs media erunt. Textu cõmen. xxiij. ¶ Item qd quidem ergo media in eodẽ genere oĩa z intermedia cõtrarioȝ: z cõponunt ex cõtrarijs omnia palã. Textu ɔmẽ xxiiij.

Querit Utrũ media ɔ̃rioȝ sint v̊e ɔpposita ex teris. ¶ Ur q sic. p phȝ h̃ i lra. z idẽ dic̃ i d̃ sensu z sensato. ca° d̃ color. q medij colores st ɔpositi ex extrẽis. idẽ z ẽt dr ibidẽ d̃ saporib9 z odorib9 medijs. ¶ Itẽ p rõeȝ. illõ qd pticipat aliq̃ ẽȝ magt z min9 ẽ ɔpom ex illi. sȝ media ɔ̃rioȝ st hõ respcũ extremoȝ g̃ media ɔ̃rioȝ st ɔposita ex extremis. ¶ Cõtra qz auctor sex pncipioȝ dic̃. q for a ẽ ɔpõni ɔtigẽs simpci z iuariabili eẽn a ɔsistẽs. sȝ media ɔ̃rioȝ st q̃dã for e. g̃ st i eẽn a simpci ñ ɔposita.

Rñdeo z pmittã p aliq̃s distictiões. 2° oñdã aliq̃s ɔ̃nes. ¶ Quãtũ ad pm sit ista p a distictio. q ɔpõ ẽ duplex. q̃dã total z eẽntial q̃dã ptial. Uoco ɔpõneȝ totalẽ z eẽntialẽ illã q̃ aliqd cõponit ex aliqb9 essentialiter z

totaliter. Sed voco cpōnē ptialē illā qua aliqd cponit̃ q̄ztū ad sui ptē. ⁊ nō q̄ztū ad sui totū. Exēplū p̄mi. hō cponit̃ ex aīa ⁊ corpe. Exēplū scdi. hō cpōit̃ ex carnib⁹ ⁊ ossib⁹. manibus ⁊ pede. ⁊c̄. que nō cponūt nisi ptē hoīs. s. corp⁹. ¶ 2ª distinctio sit ista. cpō eētialis totalis ē duplex. s. q̄dā ex ptibus realiter distinctis vel eētialr̄ distinctis. q̄dā ex ptibus formaliter tantū distinctis. Exemplū p̄mi. cpō sub̄e ex mā ⁊ forma. puta hoīs ex aīa ⁊ forma ⁊ corpore. Exemplū scdi. cpō speciei accñtis ex gñe ⁊ dr̃ia. ¶ 3ª distinctio sit ista. cpō ptialis est duplex. q̄dā hōgenea. vt caro hoīs q̄ cōponit̃ ex partibus que etiā sunt carnes. q̄dā etherogenea. ⁊ hec est duplex: vna ex ptib⁹ distinctis formalr̄ ⁊ situ. alia ex ptib⁹ distinctis formalr̄ sed nō situ. Exēplū p̄mi. cpō man⁹ hoīs ex ossibus neruis ⁊ carnibus. Silr̄ cpō parietis que est pars domus: ex cemēto ⁊ lapidib⁹. Exēplū scdi. cpō elementoꝝ in mixto. scd̄m opinionē que ponit miscibilia manere in mixto. tunc. n. ipsa elementa distinguunt̃ formalr̄. vt patet. non tamē situ. eo q̄ q̄libet pars mixti est mixta. primo de generatōe. ¶ His dictis. q̄r cpō opponit̃ simplicitati. ⁊ quot modis dr̃ vnū oppositoꝝ tot modis ⁊ reliquum. ex p̄mo thopicoꝝ. ideo p̄nt dari distinctiōes de simplicitate corrñdētes istis. ¶ Et sit ista p̄ma. q̄ simplicitas est duplex q̄daꝫ p̄uās cpōnē totalē eētialē. quedā p̄uās cpōnē ptialē. que potest dici simplicitas ptialis. Exēplū p̄mi. aīa scd̄m se sūpta. Exēplū scdi. species accñtis. puta albedo. cuius ptes. s. genus ⁊ dr̃ia sunt similiter simplices. saltē dr̃ia. q̄cq̄d sit de gñe. ¶ 2ª distinctio sit ista. simplicitas essentialis vel totalis ē duplex. quedā p̄uās cpōnē ex ptib⁹ realr̄ ⁊ eētialiter distinctis. q̄dam p̄uans cpōnē ex ptib⁹ formalr̄ distictis. p̄mo mō spēs accñtis est forma simplex. 2° mō. dr̃ia vltia specifica q̄cunq̄ sit: est forma simplex isto mō. cū hēat cceptū silr̄ simplicem. ¶ 3ª. distinctio sit ista. simplicitas ptialis est duplex. quedaꝫ que priuat cpōnē ex partib⁹ hōgeneis: vt est vnitas vl' p̄ctus. quedā que p̄uat cpōnē ex ptibus etherogeneis tantū vt ignis ⁊ alia elementa. ⁊ generaliter q̄dlibet totū hōgeneū. Ex p̄dictis infero correlarium. q̄d idē pōt dici simplex ⁊ cōpositum scd̄m diuersos modos. Exemplū: ignis ⁊ q̄dlibet aliud elementum est corpus simplex simplicitate opposita mixtioni. ⁊ tamen est vere compositū ex materia ⁊ forma vnde ph̄s sepe vocat elementa corpora simplicia.

Quantum ad 2m̄ sit p̄ma ccl̄o ista. forme medie c̃rioꝝ nō sunt cposite cpōne essentiali totali q̄ est ex ptib⁹ realr̄ ⁊ eētialiter distinctis. pbatio huius. nam omne cpositū isto mō est de gñe sub̄e gñabile ⁊ corruptibile p se. nam oē tale hꝫ mām partē sui: q̄ pōt esse ⁊ nō eē. ex septimo metha. sed forme medie c̃rioruꝫ non sunt hmōi. pꝫ. n. q̄ nō sunt de gener̃ sub̄e. nec sunt p se gñabiles ⁊ corruptibiles. sicut nec ipse forme extreme. vt pꝫ septimo ⁊ octauo metha. sed sunt ⁊ non sunt sine gñari ⁊ corrūpi. ergo tales forme medie non sunt cposite isto mō. Ex h̄ infero vnū correlarium. q̄ media c̃rioꝝ sunt simplicia simplicitate opposita isti cponi. ¶ 2ª cōclusio sit ista. forme medie c̃rioꝝ sunt res cposite cpōne totali eētiali q̄ est ex ptibus saltem formalr̄ distinctis. pbatio huius. nā q̄cq̄d est p se in gñe est cpositū isto modo. cū oē tale sit species. ⁊ p c̄ñs cpositū ex gñe ⁊ dr̃ia q̄ sunt saltem formaliter distincta. sed forme medie c̃rioꝝ sunt per se in gñe. vt pꝫ decimo metha. g̃ erunt cposite isto mō. ¶ Ex h̄ infero correlarie. q̄ media c̃riorum non sunt simplicia simplicitate opposita isti cpōni. ¶ 3ª ccl̄o sit ista. forme medie c̃rioꝝ nō sunt composite aliquo modo. q̄cunq̄ cpōne ptiali. pbatio hui⁹. q̄r oē sic cpositū. vel ē q̄ztitas ctinua. vel hñs q̄ztitatē. sed forme c̃rioruꝫ nō sunt hmōi. q̄r q̄ztitati nihil est c̃riū. vt dr̃ in p̄dicamētis. g̃ tales forme medie nō erūt cposite cpōne partiali q̄cūq̄. ¶ Ex hoc infero correlariū. q̄ media c̃rioruꝫ sunt simplicia simplicitate opposita isti cpōni. ⁊ p c̄ñs vlterius q̄ forme medie nō sunt vere cposite ex extremis imo sunt eq̄ forme simplices sicut extrema. extrema. n. nō se hñt vt gen⁹ ⁊ dr̃ia respcū medioꝝ vt sic possent dici cponi ex extremis cpōne eis posi ⁊ cpotēte. ¶ Ad p̄bm in oppositū. dicendū q̄ decimo metha. ⁊ libro de sensu. ⁊ sensato accipit cpōnē p q̄daꝫ cuenientia ⁊ q̄si ctinētia v̄tuali. eo q̄ magis conueniunt cum extremis q̄z extrema inter se. eo modo quo scd̄m aliuꝫ opinionē mixtū dr̃ cponi ex elemētis nō q̄ maneāt in mixtis scd̄m eē itensū nec remissū. sed q̄dlibet mixtū hꝫ maiorē cueniētiā cū elementis q̄z elementa habeāt inter se. vñ ⁊ forme elemētoꝝ dicunt̃ v̄tualiter manere in forma mixti vt in pfectiori. ¶ Ad rōnē ccedo maiorē. si sit vera participatio ⁊ tunc minor ē falsa. q̄r medie forme nō vere pticipāt extrema scd̄m magis ⁊ min⁹. nisi tm̄ pp cueniētiā p̄dictā. q̄re ⁊c̄.

¶ Dico eniꝫ generis dr̃iaꝫ diuersitateꝫ que diuisuꝫ facit hoc ipsum. ctrarietas igit̃ erit hec: palam aūt ⁊ ex inductione: oīa eniꝫ diuidunt̃ oppositis ⁊ q̄ ctraria in eodem genere sunt ostensuꝫ est. nam contrarietas erat differentia pfecta. ⁊c̄.

Queritur Utrum formalis repugnantia q̄ ē inter formas sub̄ales sit repugnātia c̃rietatis. ¶ Uidet̃ q̄ nō. nā a c̃rio i c̃riū deuēit̃ p mediū ⁊ motū. sꝫ i sub̄a nō est mot⁹. ex 5° phī. g̃. nec c̃riuꝫ maior pꝫ supra. in p̄cedēti ca°. hui⁹ decimi. ¶ Confirmatur. q̄r 5°. phī. pbat ph̄us q̄ in sub̄a non est motus: p̄pter non esse sub̄e c̃rium. ¶ Contra: oē q̄d corrūpitur a suo c̃rio corrūpit̃. ex p̄ celi ⁊ mūdi. ⁊ ex p̄ de gñatone. sed in substantia est vera corruptio. g̃ c̃rietas. ¶ Confirmat̃. q̄r cū forma corrūpenda a mā expellit̃. q̄ro a quo: nō a se. nec ab aliquo simili. pꝫ. relinqtur ergo a ctrario.

Respondeo In ista q̄ōne ē vna opinio cōis tenēs ptē negatiuā. ¶ Pro q̄ sic arguit̃. c̃rietas est q̄dā maxima discōuenientia hñs quādā cōtinuitatē vt ab extremo nō pueniat̃ i extremū nisi trāseūdo p oīa media. tūc sic. a c̃rio in c̃riū nō puenit̃ nisi p mediū sꝫ nulle due forme sub̄ales sunt h̄⁰. g̃ nō sunt c̃rie. pbatio minoris. q̄r mā exuta vna forma sub̄ali imediate potest indui q̄cūq̄ alia. vnde 2°. de gñatiōe dr̃. q̄ si ex igne fiat aq̄ vel terra nō oꝫ trāsire p media elementa. ¶ P. a c̃rio in c̃rium deuenit̃ p mediū ⁊ motū. sed in substantia nō est motus. g̃ nec c̃rium. pbatio minoris. q̄r si sic. in medio motu. puta si ex igne fiat aer. mā subiecta tm̄ haberet de forma ignis q̄ztum de forma aeris. ⁊ sequunt̃ duo incōueniētia. Primū. q̄ erit aliq̄d corpus q̄d nō est in aliq̄ specie determinata scd̄m q̄ ip̄m erit ip̄m. nā in illo medio punctali aer non est aer. nec ignis erit ignis. ¶ P. c̃ria sunt circa idē. sed forme substantiales nō sunt circa idē. ergo non sunt c̃rie. pbatio minoris q̄r mā sub diuersis forma non est eadeꝫ simplr̄ sed diuersa. cū habeant diuersa eē. ¶ Cōfirmat̃. q̄r p̄pter hoc q̄ substantie nihil est c̃riū. mutatio substantie dicit̃ eē a nō subiecto i subiectū. vel econuerso. vt habet̃ ex q̄nto phisicoꝝ. ¶ Sed ista opio nō placet: si absolute ⁊ vl'r itelligat̃: nec rōes cdudūt. inferi⁹ ondet̃. ¶ Ad q̄ōnē igr̄ alr̄ dicendū. Ad c⁹ euidētiā declarabo p̄ vnā distinctionē. 2°. pbabo duplicē c̄ñc.

Quantum ad p̄mū sciēdū q̄ c̃rietas duplr̄ p̄t sumi. s. stricte ⁊ large. si c̃rietas accipiat̃ stricte. sic videt̃ hr̄e sex cditiones. vt potest colligi ex predicamētis. ⁊ ex hoc decimo methaphisice. ¶ Prima. q̄ ctrarietas est oppositio distinctoꝝ specie. eoūdē aūt genere ctraria aūt dicunt̃ q̄ sunt sub eodem genere: ⁊ maxime distant. ¶ Secunda cditio est. q̄ contrarietas est differentia extremoꝝ dicentiū naturā positiuā. ⁊ per hoc distinguit̃ ab oppositione priuatiua. vbi alteꝝ extremum scilicet p̄uatio nihil ponit. sed est formaliter pura negatio. ¶ Tertia est. q̄ cōtrarietas est maxima distantia. vt dicebat̃ in littera. ibi. q̄m

aũt differe.⁊c̃.⁊ ex h̃ infert ibi phs.ꝙ est dr̃ia perfecta. q2 ſi maxima.g̃ pfecta. ¶ 4ª est.q̃ ſequit̃ ex 3ª. ꝙ vnũ vni ꝯriat̃ ſolũ.vt ſupꝰ dcm̃ est.ibi.multiplr̃ dictis ꝯrijs.⁊c̃. ¶ Quinta ẽ.ꝙ ꝯrietas est oppoſitio eoꝝ q̃ circa idẽ ſuſceptibile non ſimul:ſed viciſſim exiſtunt.⁊ mutuo ſe expellũt.niſi alterꝝ inſit determinate a nã.vt caliditas igni.licet hoc poſſit ſaluari ꝙ viciſſim inſunt ſi referant̃ ad primarium ſubm. qđ est materia prima. ¶ Sexta cõditio.ꝙ in ꝯtrarijs habentibus medium non peruenitur ab extremo in extremum. niſi trãſeundo p omnia media.vt ſuperius dictum fuit.⁊ declaratum per exempla tam in ſonis q̃z in coloribus.ibi. qm̃ aũt cõtrarioꝝ. ¶ Si aũt ꝯtrarietas accipiat̃ large.ſic dicitur contrarietas cui deficit aliqua iſtaꝝ ꝯditionũ.iſto mõ ẽ in ſuba ꝯrietas.q2 est ibi repugnantia q̃ tñ nõ est ꝯdictio. nec ſcđm priuationẽ nec habitũ. nec ſcđm relationẽ.⁊ ideo neceſſario h3 reduci ad oppoſitionẽ ꝯrietatis.ſi diuiſio ſpẽꝝ oppoſitionis quã ponit phs ſit ſufficiens.

Quantum ad 2m ſit ita pª ꝯclõ. ¶ Repugnãtia formaꝝ ſubaliũ nõ est repugnãtia ꝯrietatis ſtricte accepte.hãc oñdo ſic.illa oppõ nõ est ꝯrietas ſtricte accepta cui deficit aliqua cõditio de predictis.ſed oppõ ſeu repugnantia formaꝝ ſubaliũ est hmõi. g̃ ⁊c̃. minor p3 diſcurrendo p ſingulas cõditiones. Prima qđem vel 2ª nõ deficit.q2 due forme ſubales repugnãtes pñt accipi ſub eodem genere ꝓximo.⁊ vtraq3 dicit aliquid poſitiuũ. deficit tamẽ tertia ⁊ quarta.nõ.n.ẽ accipere duas formas ſubales ſub eodẽ gñe que maxime diſtant.ita ꝙ claudãt in medio oẽs alias eiuſdẽ eneris.q2 ſicut arguit Ariſto.mñ vnum vni ꝯriat̃.qđ est falſu3 in ꝓpoſito.ꝓbatio. q2 cũ oĩs gñatio ſit ex ꝯrijs vel medijs.ſequitur ꝙ terre contrarient̃ iſta tria ⁊ econuerſo.pmo phiſi.⁊ ex terra generetur ignis ⁊ aqua ⁊ aer.⁊ etiã econuerſo.⁊ oĩa elementa ⁊ oĩa gñabilia ⁊ corruptibilia ꝯriant̃ ſibi inuicẽ iſto modo.⁊ ſic multa vni.q2 igit̃ q̃rta ꝯditio ſequit̃ ex tertia:cui nõ ineſt q̃rta.nec tertia.a deſtructione ꝯñtis. Quinta aũt ꝯditio ꝯpetit formis ſubalibus vno modo.alio mõ nõ nã ſi idẽtitas ſuſceptiui accipiatur p idẽtitate ſimpliciter.etiã entis in actu pfecto: ſibi non ꝯpetit.q2 mã nõ h3 idẽ eſſe pfectũ ſub diuerſis formis:ſi aũt accipiat̃ p idẽtitate ſubali quocunq3 mõ ꝯpetit ſic.q2 materia vna numero in eſſentia manet ſucceſſiue ſub vtraq3 forma. Sexta aũt cõditio.ſi forme ſubales hñt mediũ:nõ ꝯpetit eis q2 vt arguebatur.mã exuta vna forma:ĩmediate põt informari q̃cunq3 alia.nec o3 forſa3 trãſire per media.ſi aũt diceret̃ ꝙ forme ſubales ſunt ꝯria immediata:tũc illa ꝯditio nihil est ad ꝓpoſitũ. ¶ 2ª ꝯcluſio ſit iſta.repugnãtia formaꝝ ſubaliũ est repugnãtia ꝯrietatis largo modo ſumpte. Hanc oñdo ſic.nã 2° de generatione.caplõ illo. Oĩa autem mixta. vbi ꝓbat̃ omnia elemẽta ꝯcurrere ad generationem mixti:dicit̃ ſic.aer aũt ⁊ ignis ſunt ꝯria terre ⁊ aqua.terra aũt aeri.aqua autẽ igni ꝯria est.vt ꝯtingit ſubam ſubſtãtie eſſe ꝯtrariaz.ita ꝙ ly vt:videt̃ additio diminuẽs. nõ diſtrahẽs oĩno. ¶ 2º.p phi dr̃.ꝙ in genere ſubſtãtie vna pma ꝯtrarietas.ad quã oẽs reducunt̃. ¶ 3º.hic in lr̃a ꝓbat phs ex intentione.ꝙ dr̃ia ſcđm ſpẽm est dr̃ia ꝯrietatis.qđ ꝓbat inductiue ⁊ ſillogiſtice.vt dcm̃ est in exponẽdo lr̃am. ¶ Rñdetur ad has auctoritates ⁊ ſiles ꝙ Ariſto.loquit̃ de ꝯtrariete vt reducit̃ ad puationẽ ⁊ habitũ.q̃tenus vna forma h3 rõnem ipꝑfecti ⁊ puationis reſpectu alterius. ¶ Contra:q2 priuatio nihil est formalr̃.ſed due forme ſunt formalr̃ aliquid poſitiuũ.g̃ cũ formalr̃ opponant̃ oportet ꝙ alr̃ forme opponãtur q̃z priuatio ⁊ habitꝰ.licet.n.vna forma includat priuationem alterius.non tamen preciſe.ſed aliquid vltra addit. ¶ Confirmatur.q2 hoc etiam modo omnia oppoſita ſe habent vt habitus ⁊ priuatio. ⁊ vt contradictoria. quatenus vnum extremum includit priuationem ⁊ negationem alterius.ſed hoc dicitur improprie.nam aliter nõ eſſent quatuor ſpẽs oppoſitionu3 realiter diſtincte. ¶ 4º.ad principale. due forme ſubales opponunt̃.ergo aliq̃ ſpecie oppoſitionis.ſed vt apparet diſcurrendo.nulla alia oppõne opponũtur.g̃ relinquit̃ ꝙ ꝯrie opponunt̃. ¶ Dices forte ꝙ iſte forme nõ ſũt oppoſite.ſ3 diſparate. ¶ Contra.q2 vel ſunt diſparate vt duo indiuidua eiuſdem ſpeciei.vel vt diſparata diuerſaꝝ ſpẽꝝ.vel diuerſoꝝ generꝝ.nõ pmũ.q2 nullus phs diceret quin plus opponat̃ forma ignis aque. q̃z ſortes platoni.nec 2m.q2 plus opponuntur due forme q̃z ſortes ⁊ brunellus.nec tertiũ. q2 plus opponunt̃ q̃z lapis ⁊ albedo. p3. ¶ 5º.ad principale.ꝯrioꝝ motuũ ſeu mutationũ ſunt ꝯrij termini.ex 5° phiſi.ſed gñatio ⁊ corruptio ſunt cõtraria. ergo ⁊ eorum termini q ſunt forme ſubales generande ⁊ corrumpende. ¶ 6º.cõtrariorũ ſunt cõtrarie cauſe.2ª de generatione.ſed calor ⁊ frigiditas ſunt cõtraria. ergo ⁊ earũ cauſe que ſunt forme ſubales.nam materia cum forma est cauſa oĩum accidẽtium.ex primo phiſicoꝝ.

Ad primum alterĩꝰ opinionis ẽ dicẽdũ.ꝙ maior ẽ vera:vbi forme habẽt medium.ſed forme forſan ſubales ſunt ꝯria immediata.⁊ iõ nihil ad ꝓpoſitũ. ¶ Alr̃ põt dicı ꝙ argumẽtũ pcedit de ꝯrietate ſtricte ſumpta.vt p3 ex pmo articulo.⁊ ideo nihil facit cõtra ſcđam ꝯclõnẽ. Ad 2m nego minore3. q2 in ſuba est vere motus.vt oñdam.11°.huiꝰ.⁊ ꝯcedo ꝙ in medio pũctali mã eq̃lr̃ hr̃et de vtraq3 forma.⁊ cum iſert pmũ inconueniẽs.ꝙ aliqđ corpꝰ nõ est in aliqua ſpecie determinata. dico ꝙ hoc non ẽ iconueniẽs:imo neceſſariũ q̃zdiu est in fieri ⁊ in fluxu. ſicut etiã ꝯcedit̃ de embrione quouſq3 pueniat ad formam ſpecificã vltimatã.que est aĩa. 2m iconueniens nego.imo eo mõ quo est:est ipm̃.nõ ſimplr̃.ſed ſcđ3 qđ.ignis g̃ in illo pũcto ſcđm qđ nõ est ipm̃ ſimplr̃.⁊ aq̃ ſilr̃. ſicut de ſcuto cuius medietas est alba:⁊ medietas nigra est dicendũ ꝙ nec est albũ nec nigrũ ſimplr̃.ſed vtrũq3 ſcđm qđ.p3 primo elẽchoꝝ. Ad 3m nego minorẽ.q2 tunc mã circa qua3 ſiunt forme ſubſtantiales licet nõ ſit idẽ ſuſceptiuũ in eſſe formali ⁊ ſpecifico vt est ſub diuerſis formis.est tñ idẽ ſcđm eẽ ꝓpriu3: q̃tenus vna mã ſcđm eẽntiã est ſuſceptiua oĩum formaꝝ. ¶ Ad confirmationẽ dicendũ. ꝙ in ſba dr̃ eẽ mutatio a non ſubo in ſubm vel ecõuerſo appropriate.nõ qn poſſit ſic eſſe in q̃lib3 mutatione ſi ꝯſiderent̃ termini pmi mutatiõis q ſunt habitus ⁊ puatio.vt 11° hꝰ ampliꝰ oñdã. ¶ Ad ꝓbationẽ de q̃nto phiſicoꝝ dicẽdũ.ꝙ phs loquit̃ de ſuba appropriate q2 in ea nõ ſit motꝰ.vt etiã patebit i vndecimo huiꝰ.licet in ſuba vere ſit motus.loquit̃ etiã de ꝯrietate ſtricte ſumpta de qua cõcedo ꝙ nõ est in ſuba.vt dcm̃ est.q̃re ⁊c̃.

¶ Quoniã vero ꝯtraria diuerſa ſpẽ:corruptibile autẽ ⁊ icorruptibile contraria. priuatio.n.in potẽtia determinata:neceſſe diuerſu3 eſſe genere corruptibile ⁊ incorruptibile. ⁊c̃. Textu cõ. vigeſimiſexti.

Queritur Utrũ corruptibile ⁊ icorruptibile differãt genere. ¶ Videt̃ ꝙ nõ nã ſunt i eodẽ pdicamento. g̃ in eodẽ genere.ꝯñã est euidens. probatio añtis.q2 ſuba pdicamẽtalis diuidit̃ per corporeã ⁊ icorporeã.aliq̃ aũt corporea est corruptibilis.oĩs aũt icorporea est incorruptibilis. ¶ 2º.qđ pdicat̃ vniuoce de aliquo nõ diſtinguitur genere ab eo.alioqn nõ pdicaret̃ vniuoce de eo.ſed ſuba predicat̃ vniuoce de corruptibili ⁊ incorruptibili.g̃ ⁊c̃. ¶ Contra.phs hic in littera.

q

Rñdeo pmo pmittã vnã diſtictionẽ.ſcđo oñdã duplicẽ ꝯcluſionẽ. ¶ Quãtũ ad pmũ ſciẽdu3 ꝙ duplex est genus.quoddã est phicũ.quoddam logicum. Primũ genꝰ dr̃ ſubijcibile. 2m dr̃ pdicabile. Uoco genus phicũ ſiue ſubijcibile ipſam mãm ſiue ſubm.vñ illa dñr eadẽ gñe iſtoꝰ q̃cuq3 hñt idẽ ſubm vel eandem mã3 cõem cir-

ca quam pñt hre trāsmutationē: z que nō hñt nō sunt idez gñe istoꝰ. vnde superiꝰ in hoc decio dictū est. ꝙ gñe dfnt. qz nō est cōis mā. Uoco aūt genus logicū vel pdicabile. aliqd cōe qd est pdicabile i qd de plibꝰ spē dfntibꝰ. vñ illa dñr idē gñe hoc mō que ptinent sub aliq tali cōi pdicabili in qd de ipsis. Ex hoc isero correlarie. ꝙ nō est icōueniēs aliq ee idez gñe logico: z differre pho: sed nunq ptingit ecōuerso.

Quantū ad scdm sit ista pª pclo. corruptibile z incorruptibile dfnt gñe phico. pbō huiꝰ. illa sunt idē gñe pho que hñt idē sbm vel māz circa quā pñt vicissim trāsmutari: sed corruptibile z incorruptibile non sunt hmōi. g̃ zc̄. maior pz ex dictis. pbatio minoris: qz icorruptibilia vel nō hñt māz fm viā phoꝝ. vt dictū est octauo huiꝰ. z hr ppositū. vel si hñt non tñ hñt talē circa quaz possint cum corruptibilibꝰ hre transmutationē: qz iaz nō essent incorruptibilia. g̃ zc̄. ¶ Scda pclo sit ista. corruptibile z incorruptibile nō dfnt gñe logico. Hoc pz: qz hñt aliqd cōmune predicabile de eis in qd. puta suba. ergo sunt idē gñe logico. pña pz ex dictis z intelligit de corruptibili causato z finito ad excludendū primū ens. quod ratione sue illuminationis est oino extra genus.

Ad argumenta In oppositū. pz ꝙ concludūt de gñe logico: z faciunt pro 2ª pne. ¶ Et hoc decimo metha.

¶ Qm̄ aūt ois motꝰ pmutatio q̄dā. permutatiōes aūt tres dicte: haꝝ aūt q̄ fm gñatione z corruptionē nō motū. he aūt sūt q̄ fz ptradictionē. necē aūt eā que ex sbto in sbum mutationē ec̄ sola zc.

Circa librum vndecimum methaphisice. Querit. Utrum generatio z corruptio sit mutatio successiua. ¶ Uidetur ꝙ nō: quia si sic. ergo gñatio est motus. pñs est falsuz. vt pz in lra. ergo z añs. pña pz. qz motus z mutatio videtur differre penes successiuū z instātaneū. nā motus est in tpe: mutatio vero in instanti. ¶ Contra nullū agēs cuiꝰ sba est i tpe agit in nō tpe. vt dr penultia ppōne de cāis: sz sba gñantis est in tpe. ergo z agit in tpe: z per pñs gñatio mēsurat tēpore. ergo erit successiua.

Rñdeo In ista qōne qdā tenēt ꝙ nō. qdā tenēt ꝙ sic. p̄ g̃ ptractāda est opio negatiua. 2° opio affirmatiua. ¶ Quantū ad pmū. dr ꝙ forª subalis itroducit in istāti: z per pñs gñatio erit in istāti. idē itelligēdum est de corruptiōe. Modus ponēdi est iste: qz si ex aq̄ gñet ignis in toto tpe p̄cedēti p̄cessit alteratio. puta calefactio dispositiua māe aque ad itroductionem forme ignis z in vltimo instanti alterationis forma ignis introducit. z forma aque remouet vel corrūpit: ita ꝙ gñatio ignis est terminus alterationis precedētis. ¶ Pro 1ª pne ar. sic. qz si gñatio est successiua. vel esset ex pte māe que subijcit. vel ex pte forme que acqrit. nō ex pte māe: qz ipsa est idiuisibilis. nec ex parte forme. Tum qz ipsa est simplici z inuariabili essentia psistēs. fz auctorē sex pncipioꝝ. Tum qz forme sunt z numeri. ex octauo huiꝰ sicut ergo ratio nūi stat in indiuisibili. ita ꝙ nihil pōt addi vel diminui a nūo qn mutet spēs sic de forª. vt ibi dicitur. Tū qz successio in motu fm Cōmē. 4° phicoꝝ. caplo de vacuo vel est ex resistentia mobilis ad motorē. vel medij ad mobile: sed in gñatione non potest dari pmum: qz mobile est ipsa mā que non hz de se vnde resistat. cum forma vniat māe sūme z vltimate disposite. nec 2m potest dari. qz nulluz est medium in gñatione forme. Tuz qz forma imediate vnitur māe. z agens imediate passo iungit. Tuz qz termini generatiōis sunt pdictorij. s. esse z non esse. vt dr hic in lra: sz si est successio. ergo medium. inter pdictoria aūt non est medium. ex decimo huiꝰ. ergo in gñatione nō erit successio. ¶ P. ad pncipale: qz si sic. ergo forma subalis suscipit magis z minus. pñs est falsum. g̃ z añs. probatio pñe. qz si gñatio talis forme esset successiua: necessario illa forma hret gradus. z p pñs potest pticipari fz magis z minus. falsitas pñtis pz per phm in predicamētis caplo de sba. vbi dicit ꝙ sba nō suscipit magis z minus. ¶ P. si sic. g̃ forme subali est aliquid prium. pñs est falsum. vt dr in lra paruz post. probatio pñe. qz gñatio esset motus. omnis aūt motꝰ est inter pria vel media. vt dictū est supra. ¶ Sed istam opinionē nō teneo. cuiꝰ iprobatio q̄tum ad pnem patebit ex pfirmatione opinionis sequentis. ¶ Contra modum ponēdi ar. sic. qz si sic. ergo accñs naturalr est sine subto. pñs est falsuz. g̃ z accñs. pbatio pñe: qz alteratio vel forma ista fm quā est alteratio p̄cedēs si fundat in aliquo subiecto hoc erit mediante forma subali. calor ergo p̄cedens formā ignis fm te fundabit in mā aque mediante aliqua forma subali. quero mediante quaꝰ: non mediante forma aque: qz cum forma aque repugnet calori: magis erit eā corrūpendi calorem q̄z essendi ipsuz in mā aque. nec est ibi mediante forma gñanda ignis: qz illa nōdū est: z etiam qz accñs est posterius forma subali mediāte qua fundat in subiecto. calor autem iste precedit formā ignis. fm te. ergo erit sine subiecto. nec ratiōes huius opinionis cogunt. ¶ Ad cuius euidentiam. est notandū ꝙ motꝰ potest accipi dupl'r. cōiter. s. z pcte. coº quo loquit phs primo thopicorū. de pprio: nam pprium fm eū ibi cōiter acceptuz conuenit diffōni z proprie passioni. z tamē illud nomē cōe pctum appropriat proprie passioni z retinet nomē cōe: z dicit appropriate pprium. diffō autem nominat terminus. Simil'r in proposito motꝰ quandoq3 sumit cōiter ad oēz mutatiōez. sicut hic iferiꝰ: z in 3° phicoꝝ vbi diffinit motꝰ ꝙ est actꝰ entis in potētia zc̄. vnde 3°. phi. explanans Ari. diffōnem motꝰ per exempla: exēplificat de gñatione z alteratione. z omni alia mutatione: qñq3 aūt accipit motꝰ pcte. vt distinguitur ptra gñationem z corruptionē: vt hic z in 5° phicoꝝ. ¶ Et notandū: ꝙ gñatio z motꝰ pcte acceptꝰ non dfnt penes successiuū z instātaneū: sed tm̄ penes terminos. ¶ Ubi sciendū ꝙ termini cuiuscūq3 mutatiōis dupl'r possunt sumi. s. vt termini pmi. vel termini pcomitātes. termini pmi in quacūq3 mutatiōe dñr habitꝰ z puatio. exēplū: ex non albo fit albū z econuerso. z ex non igne fit ignis z ecōuerso: sed termini cōcomitātes dicunt qz ambo sunt affirmatiui. qz tñ vnū idudit puationē alteriꝰ dicunt pcomitātes pmuatione z hītū. qui sunt termini pmi. exēplū ex nigro fit albū z ecōuerso: z ex aq̄ fit ignis: z ecōuerso. Ad ppositū. ois mutatio dr gñatio accipiēdo termios pmos. illa. n. est mutatio a nō subto i subm. vel ecōuerso. que ab Ari. gñatio z corruptio noiat in q̄cūq3 gñe fit. ois ēt mutatio dr motꝰ accipiēdo termios concomitātes: z illa est mutaº a sbto in sbz. que ab Ari. dr motus: ꝙ aūt gñatio z motꝰ nō distinguant penes successiuū z istātācū. pz p Ari. 5° phi. vbi distiguēs gñationē a motu collocat mutationē a nō albo in albū sub gñatiōe. q̄ tñ mutaº est alteratio z per pñs successiua. nullo dubitante. ¶ Contra igit ois motꝰ est gñatio. si sumant termini pmi q sunt hītꝰ z puatio: z ecōuerso ois gñatio est motꝰ: si sumant termini cōcomitātes. qui sunt ambo affirmati. ¶ Rñdeo. pcedo ꝙ inferf. ¶ Cōtra. q̄r g̃ in sba spāl'r negat esse motꝰ hic i lra. z 5° phicorum plusq̄z in alijs gñibꝰ. cum in q̄libet gñe possit dici esse generatio z motus fm terminos sic vel sic acceptos? ¶ Rñdeo ꝙ sbm generatiōis sbalis. s. mā est minus ens q̄z in alijs mutatiōibus. vñ hic z p̄ de gñatiōe. mā dr ee nō ens

simplr.ideo in sba dr magis appropriate mutatio a nõ subiecto in sbm.vel ecõuerso.q̃z in alijs gñib⁹ pp hoc nõ ita pfecte in sba dicif eẽ mot⁹ qui est iter duos terminos positiuos ɔ̃rios.distinguẽdo ergo motuz a gñatione penes terminos dico vt pdixi.q̄ in sba est mot⁹ z gñatio.z similr in q̄litate z q̄ntitate.excepto in sba est gñatio simplr.z in alijs sm qd.vt dr in lra.¶Ad pmã rõnem dico q̄ põt eẽ successio ex parte vtriusq̃z.cũ dr de mã q̄ ipsa est indiuisibilis.dico q̄ vez est de se.tñ est diuisibilis per accñs rõne q̄ntitatis.cuz postea dr de forma q̄ est indiuisibilis z simplex.dico q̄ est indiuisibilis sm esse specificũ.qz sic abstrahit ab omni gradu.z sic itelligit ille auctor.z Ari.8° hui⁹.vt ibidẽ dictũ fuit.sed hoc nõ obstãte ipsa hz gradus idiuiduales ẽntiales sm q̄s põt intrinsece pticipari.¶Ad scdam probationẽ.dico q̄ successio põt esse in proposito tam ex pte mãe q̃z forme.cũ arguif de mã q̄ nõ hz vnde resistat.dico q̄ vez est de se.sz tñ vt est sub forma z dispõne ɔ̃ria forme iducende hz vñ agenti resistat.z sic est resistentia mobilis ad motorem.est ẽt resistentia medij ad mobile.prout dispõ ɔ̃ria tenet locũ medij. Cũ aũt ad dif.q̄ forma imediate vnif mãe zc̃.dico q̄ vez est corrupta pma forma.verũtñ pus(ex nã rei corrũpif pma q̃z scda itroducaf: z illud pus mediatiter formã z formã.z agens z passum. ¶Ad q̃rtam pbationẽ cum df q̄ termini gñationis sunt ɔ̃dictorij.dico q̄ falsum est.sed sunt priuatio z habit⁹. vñ per esse z nõ esse itelligit Ari.pũationẽ z hitũ.vt declaratũ fuit 4° hui⁹ in q̄daã qone.¶Ad rõnem scdaz pncipalez. cũ iferf.q̄ forma sbalis suscipit magis z minus.ɔ̃cedo ɔ̃ñs. ¶Ad illud de predicamẽtis.q̄ sba nõ suscipit magis z minus intelligendum est de sba sm esse specificum.z nõ sm eẽ indiuiduale.qz si sic.includit gradus.vt probabif.¶Ad 3^m. dico q̄ sbe est aliquid ɔ̃rium accipiendo large ɔ̃rietatem.vt fuit ostensum decimo huius. Ad probationem dicendum q̄ loquitur de cõtrarietate stricto mõ.vt ibidem dictũ fuit.

